

856 luglio 2, «ad ecclesiam Sancti Andree in Umerio».

Al termine di un placito che si sviluppa in tre sedute, lo sculdascio Hodelard, in vece del conte Bernardus, coadiuvato da due scabini, giudica nella contesa che divide Bernardo e Elimberius. Il primo ottiene la vittoria, dopo aver presentato le carte che attestavano la sua proprietà sul *morgengab* che la moglie Adelburga/Addelburgi aveva ricevuto dal primo marito.

Originale, in Brescia, Biblioteca Queriniana, Cod. Dipl. Bresciano, sec. IX, n. 60 [A].

Edizione: Codice Diplomatico della Lombardia Medievale on line:

<http://cdlm.unipv.it/edizioni/bs/brescia-sgiulia1/carte/sgiulia0856-07-02>, Manaresi, 60.

(S) In nomine Domini. Dum resedisset Gisulfus¹ scavinus de vico Laceses² per iussionem Bernardi inlustri comiti, ad ecclesia Sancti Marii in vico Gussilingi³, ubi cum eo aderat Ansprand et Audibert scavinis, Garibert, Mauraces, Ansevert notariis, Ratpert, Gisemundus, Gisempert, Austrevert, Suave, Ansemundus, Vitalis, Andebert, Vualpert, Illarus de vico Gussilingi et aliis plures ad singulorum hominum causas audiendum ac deliberandum, ibique veniens ad eorum presentiam Elimberi ex Baivarinorum genere dicendum et interpellandum adversus Bernardo idemque Alemannorum genere vassa domni Notingo episcopo⁴: “Quia tu Bernardus retenes res qui mihi pertinet de Adelburga coniunge mea, et eidem da bone memorie Vulfegango, qui fuit iugales ipsii Adelburgi, pro morgimcaput advenit⁵?”. Ad hec respondebat ipse Bernardus: “Nescio de qua res tu mihi dicis”. Du[m no]s antedictis scavinis taliter audivimus ipso Bernard[o] dicentem quod nesciret de qua res eum mallasset, [iussimus] ut dare vuadium Elimberi de ipsis res monstradas et dedit. Et Bernardus dedit de constitudo. Inposito autem constitudo, coniungentes eos ambe partis prese[ntia] Bernardi⁶ inlustri comiti ad monasterio Sancti Zenonis⁷ foris muro civitatis Veronensium, ubi cum eo aderat Hodelard, Hiso, Upert sculdahis, [...]is, Gauso⁸, Audiverti, Martinus scavinis, Annone, Vuiligauso, Gumpaldo, Leo de vico Sico et alii plures, hic cepit antedictus Elimberi adversus predicto Bernardo querere iusticiam: “Emitte mihi rationem de ipsas res unde te iam antea mallavi”. Sic dedit Bernard inlustri comis missos suos de suis presentia Hodelardo sculdahis et Gisulfo scavino, qui inter eos ipsa intencionem deliberasset, et fecimus ipso Bernardo dare Hodelardo sculdahis trevuas ut venisset die iovi, quod est secundo de mense iulio, ad ecclesiam Sancti Andrei in Umerio⁹ in placito ad iusticia faciendo¹⁰. Coniungente se antedicto Hodelardo sculdahis et Gisulfo et Audiverto scavinis, ubi cum eos aderat Garibert, Ansebert notariis, Adelbert diaconus et vicedominus, Teupald, Vuilivert, Odelgeri, Alerio, Vuelant Alemanni¹¹, Rumald de Caprinis, Rotponi, Sigefredo, Landramo, Giselbert de Bresia, Ansemund, Suave, Gisempert, Rutpert, Austrevert, Gisemunde, Vitalis, Anselbert de Gussilingi, Ursoni et aliis plures ad singulorum hominum causas audiendum vel finiendum, ibique veniens ad eorum presenciam Elimberi et, ex alia parte, predicto Bernardo, ibidem ostendebat antedictus Elimberi cartulam comodo bone memorie Vulfegango, qui fuit antea virus ipsii Adelburgi coniunge Elimberio, fecisset pro morgimcaput. Et ipsa cartula in nostris presencia relegere fecimus, et continebat in ipsa cartula comodo predictus Vulfegango fecisset Addelburgi coniunge sui de rebus suis valentem usque in solidos XXXX in predicta pleve Sancti Andrei, loco ubi dicitur Valle. Et ipse Bernard ibidem ostendebat sua cartula vinditionis vel breve tradicionis quondam bone memorie Erchempald, qui fuit genitor ipsio Vulfegango. Et ipsa cartula in nostris presentia relegere fecimus, ibique continebat in ipsa cartula comodo Erchempald venundasset antea Bernardo omnes res suas quam Vulfegango fecisset ipso morgimcaput Addelburgi coniunge sui, casale et casa vel vinea totum insimul tenentem per mensura in antedictum loco Valle, et alio loco terra cum vineam vel prativa totum insimul tenente per mensura locus qui dicitur Vico Malorum, et de foris mensuras omnibus rebus suis in iamdicta pleve eidem Bernardi, in integrum, venundasset, et ipsa cartula scripta erat per

scriva publico et a testes idoneis rovorata in annis domni Lotharii magni imperatoris, anno imperii eius in Dei nomine vigesimo secundo et domni Lodovuhici filio eius regem in Italia anno secundo, mense augusto, indicione tertia, et in ipsa breve tradicionis interfuerunt Garibald ex genere Francorum, Erimbert Alemannus, Upert Langobard, Geriald Langobard, Adelgausus Langobard, Baldevert diaconus, qui in ipsa tradicionem interfuerunt¹². Sic dixi ipse Elimberi: “Vere ista cartula vindicionis vel breve tradicionis mihi nulla non inpetit pro eo quod falsas sunt, quia ipse Erchempald ipsa cartula vel breve tradicionis, quas tu Bernard ostendis, menime scribere rogavi”. Sic interrogaverunt Hodelard sculdahis una cum iamdictis scavinis ipso predicto Elimberio si potuisset tale consignacionem facere quomodo Addelburga post discesso Vulfegango de ipsas res iusta suo morgimcaput ad proprio investita fuisset, aut ipsa cartula vel breve traditionis falsas comprobare potuisset ac non. Quia ita dixit et manifestavit se ipse antedictus Elimberi quod tale consignacionem facere non potuisset, nec ipsa cartula vel breve tradicionis falsas comprobare menime potuisset. Dum nos antedictis Hodelard sculdahis et iamdictis Gisulfus et Audivert scavinis taliter audivimus, ipso Elimberio loquente et se manifestante quod tale probacione facere non potuisset, sic nobis vel qui nobiscum aderat recte aparuit ut haberet ipse Bernardus ipsas res unde inter se intencionem habuerunt ad proprio iusta sua cartula vel tradicio ut postea inter eos exinde nullam oriatur intencio, set in eadem deliberacione vel finicione debeat permanere. Et finitum est inter eos ipsa intencio. Unde ac noticia iudicati, qualiter deliberatum est scripsi ego Garibertus notarius ex iusione de suprascripto sculdahis, vel ex dictato de suprascriptis scavinis, temporibus domni Lodovuhici magni imperatoris anni imperii eius in Dei nomine anno septimo, mense iulio, indicione quarta, feliciter. Signum + manus Hodelardo sculdahis, qui interfui et iudicium dedi, manum suam posui. + Ego Gisulfus scavinus interfui, manu mea subscripsi. + Ego Audibert notarius adque scavinus interfui manu mea subscripsi. + Ego Ansebertus notarius interfui, manu mea subscripsi. Signum + manus Sigifredo, qui interfui. Signum + manus Gisemundo, qui interfui. Signum + manus Gausaldo, qui interfui. Signum + manus Ursiberto, qui interfui. Signum + manus Gisoni, qui interfui. Signum + manus Vitali, qui interfui. Signum + manus Hodelgerio Alemanno, qui interfui. Signum + manus Vuelanto Alemanno, qui interfui. Ego Austrevertus interfui, manu mea subscripsi. Signum + manus Gisemperto, qui interfui. Signum + manus Suavi, qui interfui. Signum + manus Ansemundo, qui interfui. + Ego Garibertus notarius¹³ interfui et hanc iudicatum scripsi et conplevi.

NOTE STORICHE

¹ Il fatto che il placito sia presieduto da uno scabino è usato da BOUGARD 1995, p. 142, come testimonianza del fatto che l'identificazione degli scabini come esperti di giustizia che coadiuvavano il presidente del processo non sia da accettare rigidamente. Gisulfo è presidente nella prima seduta, fa parte del collegio giudicante nella seconda seduta presieduta dal conte, mentre nella terza è ancora membro del collegio giudicante di cui fa parte uno sculdascio che agisce in vece del conte e che ordina infine la stesura dell'atto (CASTAGNETTI 1990b, pp. 27-29, 60 e CASTAGNETTI 1995, p. 57).

² Vico Lacese - Lazise (VR) – doveva far parte della giudicaria gardese, mentre non ne faceva probabilmente parte Bussolengo, il luogo teatro di questa prima parte del placito (BRUGNOLI 2010, pp. 144-145).

³ Bussolengo (VR).

⁴ Figlio del conte Erlefid, fu vescovo di Vercelli prima dell'830, poi spostato a Verona intorno all'840 passò infine a Brescia nell'844. Quindi, all'epoca di questo placito, Notingo non era già più a Verona. Morì tra l'858 e l'863 (Su Notingo si veda ANDENNA 2013).

⁵ Sulla gestione dei beni ricevuti con il *morgengab*, si veda BOUGARD-FELLER-LE JAN 2002.

⁶ Nel capitulare dell'846-7 di Lotario (MGH *Capit*, II, 203, *Capitulare de expeditione contra Sarracenos facienda*) si nomina un Bernardo; Ariperto Petro si definisce suo vassallo sottoscrivendo a Verona nell'846 il testamento del vescovo Billongo (Fainelli, I, 182). Un diploma dell'860 emanato da Ludovico II in favore del monastero di Bobbio (Cipolla, *Codice Diplomatico di Bobbio*, I, 60) ci informa sul possesso di una corte nel territorio di Garda da parte di Bernardo, per la quale egli pagava un censo al monastero. Bernardo accompagnò Ludovico II a Roma, presso papa Sergio II, nell'844. Assistette nell'854 alla promessa di obbedienza compiuta dalla badessa Eufrosia a Verona (Veneto III). Nell'855 partecipò a Frisinga a una controversia che contrapponeva il vescovo Anno di Frisinga e il vescovo Odalschalcs di Trento. Fu inviato da Ludovico a Roma assieme al conte Adalberto, in occasione dell'elezione a papa di Benedetto III. In questa occasione egli sostenne le volontà imperiali anche con atti violenti, per appoggiare la candidatura di Anastasio, uomo di fiducia dell'imperatore (DELOGU 1968, pp. 157-158). Tornato a Verona, testimoniò nell'862 a una permuta. Partecipò, insieme a Boderado conte palatino, alla spedizione dell'870 a Roma voluta da Ludovico II per ottenere la condanna papale alla suddivisione della Lotaringia tra i fratelli dell'imperatore; dopo di che, non si hanno più notizie su di lui (HLAWITSCHKA 1960, pp. 148-151 con riferimenti; Zettler 2009, pp. 111-114).

⁷ Il fatto che il conte tenesse il placito presso il monastero di San Zeno era probabilmente dovuto alla presenza di locali attrezzati all'accoglienza regia, e non a una qualche debolezza politica del conte (BOUGARD 1995, p. 210).

⁸ Divenne scabino dopo essere stato notaio. Vedi Veneto III.

⁹ Chiesa di Sant'Andrea di Sandrà, sul lago Benaco (KEHR 1923, p. 297; vedi anche CASTAGNETTI 2008, pp.38-39).

¹⁰ Si tratta, dunque, di un placito che si sviluppa in tre sedute diverse, con diversi presidenti (CASTAGNETTI 1995, p. 13).

¹¹ Castagnetti sottolinea l'identità alamanna di questi cinque personaggi che assistono alla seconda seduta del placito, per indicare la presenza di gruppi di persone che si dichiaravano Franchi o, appunto, Alamanni, in occasione di atti di interesse pubblico. Spesso, la loro partecipazione coincideva con quella di personaggi di alto livello: in questo caso un conte (CASTAGNETTI 1990b, p. 33; si veda anche Veneto III).

¹² Anche in questo caso, la possibilità di esibire un documento scritto portò alla vittoria della parte in causa (BOUGARD 1995, p. 223).

¹³ BRUGNOLI 2010, p. 87 e 141, nota l'ambito locale in cui agiscono, come questo, molti degli altri notai che provenivano dal territorio di Garda. Garibertus, in particolare, rogò una vendita nell'843 (Fainelli, I, 171) e nell'846 il famoso testamento di Engelberto di Erbe (Fainelli, I, 181).